



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis
Prædicatorum**

Nicolaus <Eymericus>

Venetiis, 1607

c. 17. Per hoc.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13589

*Ad hoc Iudei non modo recipiuntur in testes ad A
versus Christianos, eo modo quo proxime dictū est,
sed etiam multo magis aduersus Iudeos nō baptiza-
tos, in omnibus illis casibus, in quibus ad iurisdictionem
Inquisitorum pertinere noscuntur: id quod longa
probatione non indiget: nam si ob fideli fauorem nō
prosunt sua priuilegia Christianis, quo minus testi-
monio infidelium vigeantur, nec proderunt infidelib.*

*Qui sint autem causas, in quibus Iudei nunquam
baptizati Inquisitorū potestati supponuntur, tradit
Eymericus. I.p.9.44.45. & 46. Repertorij Inqui-
sitorum verbo, Iudeus. Campagius ad Zanchinum,
c.36. vers. delinquent circa fidem eorum. eleganter
beatus Thom. 2.2.q.10.art.8.ibi: Sunt tamen co-
pellendi a fidelibus, si adgit facultas, ut fidem nō
impediant, vel blasphemij, vel malis persuasio-
nibus, vel etiam apertis persecutionibus. Hęc ille.
Quib. verbis amplissime complexus est in genere nř
sanctus omniem causam ob quam possunt Inquisito-
res in Iudeos animaduertere.*

*Verumtamen ne res controversa amplius in du-
bium reteretur, Sanctissimus Dominus noster Gre-
gorius. XIII. Statuto quodam incipiente: Antiqua
Iudeorum edito anno Domini 1581. Calen. Junij,
nominatum decrevit blasphemias, & flagitia Iudeo-
rum, in qua heretica prauitatis inquisidores anima-
duerunt. Id statutum in fine Directori inter alias
litteras Apostolicas curauimus imprimentum.*

*An autem cum Iudei vel alijs infideles testificā-
tur aduersus catholicum, perinde sit de illis iudicā-
dum, ac de testib. alijs integris, quorum duo plenam
faciunt probationem, grauis est quaestio, quam non
patitur huius commentarij breuitas. Reciuiam eam
in 3.p.q.64. ubi est proprius locus. Videto interim
Palacum Rubinum in allegatione de heresi. §. 15.
Aretinum in c. fi. de testibus Albertinū de agnos.
assertio. q.3.4.num.3. & seq. ceteros praeclato loco
apud Eymericum referam.*

*Denique illud monere oportet, ut quando Iudeus
admittitur in testem, iuret de dicenda veritate nō
super Euangelia quibus non credit, sed super legem
suum. ita Iov. de Imola in Clemen. 1. de testi. &
Auronus Butrius in proemio Decretalium. Qua-
lis autem sit eius iuramenti forma, tradit. Specul.
tit. de iuramen. calum. §. restat. versi. penul. sed me-
lius Repertorij Inquisitorum, verbo, iuramen-
tum. & sequitur videre. & sequen.*

Idem.

*Non confiscantur dotes vxorum innocentium, pro-
pter heresim maritorum. hoc dicit, secundū Zenze.*

C A P. XI:II.

*D ECREVIT † felicis recordationis In-
nocentius Papa quartus, quod propter
heresim maritorum, vxorum Catholi-
carum dotes non debeant confiscari. Quod in-
telligendum fore censemus: nisi forte mulieres
ipsæ cum viris matrimonia contraxissent, quos
hereticos tunc sciebant.*

Idem.

*Filiij hereticorum usque ad secundum lineam pa-
ternam, ad primam vero maternam sunt inhabiles
ad beneficium Ecclesiasticum, vel officium seculare;
si patres ante mortem Ecclesię reincorporati non
fuerint. hoc dicit, secundum Domi.*

C A P. XV.

STATUTVM † felicis recordationis In- <sup>† Eym. 3. p. q.
114. 115. & di-</sup>
nocentij, & Alexandri prædecessorum <sup>xiibid. plenis
fime.</sup>
nostrorum: ne videlicet heretici, credē-
tes receptatores, defensores, & fautores eorum,
ipsorumque Filiij usque ad secundam generatio-
nem ad aliquod beneficium Ecclesiasticum, seu
publicum officium admittantur: quod si secus
actum fuerit, sit irritum, & inane. primū, & se-
cundum gradum per paternam lineam compre-
hendere declaramus: per maternam vero ad pri-
mū duntaxat volumus hoc extendi. Hoc sanè
de filijs & nepotibus hereticorum, credentiis,
& aliorum huiusmodi, qui tales esse vel tales etiā
decessisse probantur, intelligendum esse videtur
non autem illorum, quos emendatos esse consti-
terit, & reincorporatos Ecclesię vnitati, & pro-
culpa huiusmodi ad mandatum Ecclesię pœn-
tentiam receperisse: quam ipsi vel iani perfecerit
vel humiliter prosecutioni eius insistunt; vel pa-
rati fuerint ad recipiendam eandam.

Idem.

*Inquisitor Papa super heresi sine speciali māda-
to non inquirit corra episcopum: sed si eum culpabi-
lem sciuerit, nunciabit Pape. hoc dicit. Io. And.*

C A P. XVI.

INQVISITORES † hereticę prauitatis, <sup>† Vide Eym.
4. p. q. 26. 27.
30. & dixi ibi
dem copiose</sup>
ab Apostolica Sede seu alio vel alijs qui
busilis deputati, de huiusmodi crimi-
ne inquirent contra Episcopos nequacū, aut cuius
textu procedere contra eos: Nisi in litteris com-
missionis Apostolicæ, quod hoc possint, continean-
tur exp̄s̄. Si tamen Inquisitores ipsi, Episco-
pos, vel alios superiores prelatos sciuerint, vel in-
uenerint circa crimen hereticos commisſe, aut
eos de hoc diffamatos existere vel suspectos, id te-
nebuntur sedi Apostolica nuntiare.

Idem.

*Non derogatur ordinarijs super processu heretico-
rum, licet Papa generaliter alteri deleget. Et super eo
dem factō episcopus, & Inquisitor possent procede-
re communiter vel dinisijs, vel proferre sententiam
in qua si discordant, debent Papæ referre. Et episco-
pi qualitercumque procedant, debent seruare modum
Inquisitoribus impositum. hoc dicit. Domi.*

C A P. XVII.

PER hoc, † quod negotium heretica prauitatis alicui vel aliquib. ab Apostolica
fede generaliter in aliqua prouincia, ci-
uitate, vel diocesi delegatur, diocesanis episco-
pis,

<sup>† Hęc decre-
talis declara-
tur per extra-
rag. Ex co. II.
de hære. que
paulo post in-
fertur.</sup>

pis, quin & ipsi auctoritate ordinaria, vel delegata (si habent) in codice procedere valeant, nolumus derogari. Verum ut dictum inquisitionis negotium efficacius, melius utiliusque procedat: cōcēdimus, quod per Episcopos ipsos, & per Inquisidores de facto eodem inquireat communiter, vel diuīsim, & si diuīsim processerit, teneantur sibi inuicem communicare processus, ut per hoc possit melius ueritas inueniri: & nisi hoc casu Inquisidores in sententiā prolatione dicēsanis vel econtra duxerit deferendum, per utrosq; simul sententia proferatur: in qua ferenda, si nō conuererint, per utrosque negotium sufficiēter instrūctū ad sedem Apostolicam remittatur. Sine autem ordinaria, sive delegata Episcopi potestate procedant: illum in procedendo modum obseruent, quem Inquisidores possunt, & debent per iura cōmūnia, vel per speciales concessions seu ordinationes Sedis Apostolicę obseruare.

Idem.

Episcopis, & Inquisitoribus heresis non resistat sed omnino parcant Domini temporales: & de eo crimen non cognoscant: alias prout dicitur hic, puniuntur, hoc dicit secundum Zen.

C A P. XVIII.

† Vide Eym.
3. p. q. 35. &
alijs multis,

VT Inquisitionis † negotium contra hæreticām prauitatem ad Dei gloriam, & augmentum fidei nostris temporibus prospēre tur, leges quasdam per Federicum olim Romanorum Imperatorem, tunc in deuotione Romānō persistēt Ecclesię promulgatas, quatenus Dei, & Ecclesię sanctę suę honorē promouent, & hæreticorum exterminium prosequuntur, & statutus canoniciis non obſistunt) & approbantes, & obſeruari volētes; vniuerso ſeculi potestates, & Dominos temporales, ac prouinciarum, terrarum, ciuitatum, aliorumque locorum rectores, quibuscunquę dignitatibus vel officijs aut nominib. cōſearunt, requirimus, & monemus, vt ſicut reputari cupiunt, & haberi fideles, ita pro defenſione fidei dicēsanis Episcopis, & Inquisitoribus hæreticę prauitatis a Sede Apostolica deputatis, aut in posterum deputandis, parcant, & intendant in hæreticorum, credētū, fautorum, receptatorū, & defenſorum ipſorum inuigatione, captione ac custodia diligenter, cum ab eis fuerint requisiiti, & vt præfatas personas peſtiferas in potestate ſeu carcerem Episcoporum, aut Inquisitorum dicētorum, vel ad locū, de quo ipſi, vel aliqui ex eis mandauerint, intra eorūdem dominorum potestatē, vel rectorum diſtrićtū ducant, vel duci faciant sine mora ubi per viros catholicos a præfatis Episcopis, seu Inquisitorib. vel eorū aliquo deputatis sub arcta, & diligenter custodia teneantur donec eorum negotium per Ecclesię iudicetur, minetur. Vtq; de hæreti a dicēsanō Episcopo vel Inquisitore ſeu Inquisitoribus condemnatos præfati potestates, Domini temporales, ſue rectores, vel eorum officiales, ſeu nuntij ſibi reli-

A etos statim recipiant indilatē, animaduersione debita puniendo: non obſtanibus appellacioni bus, † ſcu proclamationibus prædictorum nequitia filiorum: cum tam ſecundum ordinationem prædeceſſorum noſtrorum, quam ſecundum legem Imperialem appellationis, & proclamationis beneficium expreſſe ſit hæreticis, & credenti bus, ac eorum receptatoribus, fautoribus, & defenſoribus interdictū Prohibemus † quoq; distituti potestatib. dominis tem poralibus, & rectoribus corundemque officialibus ſupradictis, ne ipſi de hoc crimen (cum mere ſit ecclesiasticū) quoq; modo cognofcant, vel iudicent, ſive captoſ pro eodem crimen ablique dicētorū Episcoporum, ſive Inquisitorum aut ſaltē alterius corundem licentia, vel mandato a carcere liberent aut executionem ſibi pro huicmodi crimenē a dicēsanō vel Inquisitoribus, ſeu Inquisitore in iunctam, prout ad ſuum ſpectat officiū facete ſeu adim pliere detracēt, vel alias dicēsanōrum, aut Inquisitorum iudicium, ſententiam ſeu processum direcēt, vel indirecēt impediſt preſumant. Si quis vero de prædictis potestatib. de minimis temporalibus, rectoribus, vel eorum officialibus, ſeu balliuſ contra praedicta fecerit, aut præfato fidei negotio ſæpeſatis dicēsanō episcopo vel Inquisitoribus incumbenti, ſe oponere forte præfumpferit, vel ipſum aliquatenus impe dire necnon & qui ſcienter in prædictis dederit auxilium, confiſum, vel fauorem, excommunicatione ſe uocerit mucrone per eum: quam ſi per annum animo fuluiuerit pertinaci, extunc velut hæreticus condenetur.

Idem.

Bona hæreticorum ipſo iure ſunt cōfiscata: quod probatur tripli argumento legali. Sed apprehensio bonorum fieri non debet per dominum ſecularem, niſi prius pronunciatum fuerit ſuper crimen, per iudicem Ecclesiasticum, qui hoc poſſit. Ioaan. And.

C A P. XIX.

GVM ſecundum † leges ciuiles nefarias, natura contrarias incestas nuptias contrahentes, eos ipſo ſuarum dominium regum perdant: Et mulier humanam legem trahendens (& præfertim) parentibus ſuis non consentientibus) raptoris nuptias eligens, bona omnia, quæ per legem ſibi obtulerant a raptore, ac alijs conſortib. raptus, ipſo iure amittat: certoq; caſu deterantur in fiscum. Ac etiam illicitas species transluſchens: Aut terum dicētarum profellio nein omittens, carūdem ſpecierum, & rerū proprietate hoc ipſo pruetur, & fisco rerum, & ſpecierum dicētarū proprietas acquiratur: Bona hæreticorum (qui grauius, horribilius, ac detestabilius, quam prædicti delinquunt) ipſo iure de fratribus noſtrorum cōſilio decernimus confiſcata. Confiſcationis tamen humiſodi execuſio, vel bonorum ipſorum occupatio fieri non debet per prin-